ad primū habeas fraternā charitatem · ut ei bonū appetas · ⁊ q̄cquid vis ab eo ſupportari · h̄ ſibi nō facias · ⁊ ſi eū leſiſti in fama vel ī rebꝫ · vt ſatiſfacias. Et ſi te in aliq̄ leſerit vel offenderit · h̄ ei ex toto corde indulgeas · aliter vero nō vere diligis. Vn̄ apl's. Si diſtribuero oēs facultates meas ī cibos paupeꝝ · charitatē aūt n̄ habuero factus ſum ſicut es ſonās. i. Iob. iij. Qui n̄ diligit fratrē manet ī morte. Et h̄ ē charitas ſufficiēs ⁊ ducit ad gl'iā eternā. Sz quantum ad tertiā ptem huius ſermonis eſt ſciendū · q͛ hodie oēs hoīes debent feſtū ſancti iohīs ſolēniter celebrare · ⁊ ipſū deuote īuocare. Primo infirmi ⁊ obſeſſi. Vn̄ legit' de eo q͛ tactu veſtimenti ſui infirmi curati ſūt · ⁊ demones ab obſeſſis expulſi. Etiā hꝫ ptātem ſup mortē. Vn̄ de eo legit' q͛ cū de exilio pathmos reuocat' eſſet · ⁊ epheſum intraret · druſiana ei' dilectrix q̄ ſuū aduentum plurimū deſiderauerat mortua efferebat'. Tunc feretꝝ iuſſit deponi dicēs: dn̄s noſter ieſus chriſt' ſuſcitet te druſiana. Surge ⁊ vade ī domū tuā · ⁊ p̄para mihi refectionē. Tūc ſtatim illa ſurrexit ⁊ cum eo ciuitatem reintrauit. Etiā filiam cuiuſdam vidue q̄ celebratis nuptijs poſt. xxx. dies obijt quā ſanctus iohēs a morte ſuſcitauit. Et poſt mortem pōt hoīb' ſubuenire. Nam ipſe liberauit aīā cuiuſdā a purgatorio. Sed q̄ritur q̄re hodie hoīes bibūt ī amore ſācti iohīs. Rn̄det' q͛ ipſe ſanct' iohēs cū ſigno cruc̄ venenū bibit · ⁊ nullā leſionē īcurrit · ⁊ cū eodē veneno duo ī p̄ſentia iohīs ⁊ totius p̄pli fuerūt īterempti. Et ipſe ſanct' iohēs tunicā ſuā tribuit ariſtodemo pōtifici dicens ei: Vade ⁊ mitte eā ſup corpa defūctoꝝ dicēs: Apl's chriſti miſit me ad vos · ut ī chriſti noīe exurgatis · qd' cū feciſſet ariſtodem' ilico ſurrexerūt. Etiā beat' iohēs ſilueſtres frondiū virgas in auꝝ cōmutauit · ⁊ littorum ſaxa ī gēmas p̄cioſas mutauit. Etiā nota aliū ſermonē de ſācto iohāne · ⁊ vtrꝝ ieſus pl' dilexit petrꝝ q̄ iohānem · q̄re in diſcipulo de tpe cum miraculo ⁊ exemplo · ſer. xv.

De innocentib'. Sermo. IX.

Mittēs herodes occidit oīes pueros qui erāt in bethleē et in omnibus finib' eius. Matth. ij. Ex quo hodie peragitur feſtū pueroꝝ inocētū · q̄ ab iniquo herode īterfecti ſunt · tūc ī p̄ſenti ſermone tria ſūt dicēda. Primo de ſolennitate p̄ſentis feſtiuitatis. Scd'o quō parentes ſe hīe debēt ad pueros ſuos eos informādo. Tertio q̄dā exempla p nr̄a informatiōe ⁊ ꝯſolatione. Quātum ad primū ſciendū q͛ feſtū innocētū et eoꝝ martyriū ē ſolēniter pagendū p̄pter tria. Primo p̄pter tp's. Nā ipſi primi ſunt qui p chriſto ieſu poſt ei' natiuitatē martyriçati ſunt · ergo nominant' flores martyrū ī ſacra ſcriptura. Scd'o p̄pter numeꝝ ipſoꝝ · q᷑ tot ſunt q͛ numer' eoꝝ incertus ē · h̄ eccleſia pagit numerū eoꝝ ſm viſionē quā vidit iohēs · vt habet' Apoc. xiiij. Vidi agnū ſtantē ſupra montē ſion · et cū eo centū q̄draginta q̄ttuor milia habētes nomē eius ⁊ nomen patris ei' ſcriptū in frontibꝫ eoꝝ. Modo ſi laus vni' ſancti vel vni' angeli vel hoīs ē accepta ⁊ laudabilis corā deo · q̄d tunc laus tot ſanctoꝝ innocentū? Etiā ſi deus exaudit p̄ces vnius ſancti vel hominis vl' maxime duoꝝ vel triū ꝯgregatoꝝ in noīe eius · q̄d tūc vbi tot ſancti ſimul ſunt congregati? Etiā ſi vn' ſanctus ē venerādus Nōne tūc tot milia ſāctoꝝ ſūt venerādi? Nūq̄ꝫ enī in anno tot ſctōꝝ feſtū pagitur p̄ter feſtum oīū ſanctorū · ſicut hodierna die peragitur. Tertio p̄pter locū · quia in bethleem occiſi ſūt · vbi chriſt' ē nat'. Ergo in verbis p̄dictis dictū eſt: Mittēs herodes occidit oēs pueros in bethleem ⁊ in omnibus finib' ei'. Ubi ſciendū ſm glo. q͛ occiſio pueroꝝ innocentū facta eſt poſt annū ⁊ tres dies poſt natiuitatem chriſti. Diſtulit aūt herodes p̄pt' morā ꝯtractā. Fuit enī rome a ceſare citat' · ⁊ ſic fere per ānū fuit impeditus ī petitionibus ceſaris ⁊ tūc p̄phetia impleta ē: Rachel plorās filios ſuos. Hiere. xxxi. Sed diceres quare rachel ⁊ nō Iacob plorauit. Rn̄detur q͛

mr̄es ſūt magꝭ paſſibiles et maioris pietatꝭ
ſm̄ Ariſto·ergo plus cōpatiuntur pueris.
Et qꝛ plus diligūt pueros·ergo plus do/
lent de aduſitatibꝫ puerorꝝ. Vn̄ notādū
ꝙ euāgeliū hodiernū notāter dicit plora/
tus ꝙ̄ ad puulos· ⁊ vlulatꝰ quo ad mr̄es.
Vn̄ Chryſo.ī ſmo·hodierno . Paruuli
plorabāt eo ꝙ a matribꝫ ſepabanꝭ. Ma/
tres vero vlulabāt eo ꝙ a filijs deſolabāꝭ
Vn̄ Greg°·in ſermōe p̄ſentis feſtiuitatis
dicit· ꝙ martyres in lachrymis baptiçati
ſūt·⁊ ſilr̄ mr̄es·ſicut filij ī ſanguine eorū·et
matres nō carebūt martyrij gaudio·qꝛ in
martyrio puerorꝝ matres paſſę ſūt. Nam
gladius ꝑtranſiens puerorꝝ mēbra·corda
matrum penetrauit ⁊ ad intima peruenit.
Vn̄ Chryſo. Maior erat dolor in matri/
bus remanētibus q̄ꝫ ī paruulis morietibꝰ
Et ſm̄ ſanctū Tho·ꝓpter iſtum ploratuꝫ
eccleſia deponit hodie q̄ſdam ſigna letitię
vt Alleluia. Gloria ī excelſis deo ⁊c·ī miſ/
ſa·et Te deum laudamus·in matutinis .
Quantuꝫ ad ſc̄d̄am ꝑtem iſtiꝰ ſermōis
ē ſciendū ꝙ parētes tenenꝭ tria puerį ſuis
ſi volunt cū ipſis mereri vitā ęternā. Pri
mū eſt ꝙ debent eos inducere ⁊ informa/
re·vt offerāt deo innocentiā ⁊ puritatem
ſuam cū ipſis pueris innocentibꝫ ꝙ̄ hodie
ſanguinē ſuū ꝓpter chriſtū fuderūt·et hoc
ē pueris multū vtile ⁊ deo valde acceptū·
qn̄ pueri a iuuētute incipiunt deo ſeruire·
qꝛ ipſi deo ꝓpināt vinū purū·i· iuuentutē
ſuā floridam . Sed ſenes peccatores qui ī
ſenio ad deum ſe ꝯuertunt ⁊ pęnitentiam
agūt offerūt deo feces·ſꝫ tn̄ deꝰ eorūꝫ feces
non ſpernit ex ſua miſericordia ⁊ bonitate
Vn̄ parētes debenꝭ docere ſuos pueros
Pater noſter. Aue maria. Symbolū fi/
dei. Decē p̄cepta·⁊ vt deū diligant ⁊ ei fi/
deliter ſeruiāt·orando·ieiunando ·eccl̄ias
viſitando·miſſas ⁊ ſermones audiendo·⁊
ħ erit eis multū vtile ·qꝛ ſemꝑ poſtmoduꝫ
ſūt plꝰ inclinati ad ſeruiendū deo. Sc̄d̄ꝫ
qd̄ tenentur parentes filijs· eſt ꝙ tenentur
eos corrigere· qꝛ non ſufficit ꝙ informant
eos in bonis ·ſed oportet eos corrigere ſi
excedunt·qꝛ oīa peccata quę pueri cōmit/
tunt ſub obedientia parentum· de his pa/
rētes reſpōdebūt ī die nouiſſimo Ergo ħ
aduertite parentes·qꝛ etiam ſi ſanctę vitę
eſtis·tn̄ ꝓpter pueros veſtros dānari po/
teritis. Verbi grā. Si mater ⁊ pater nūq̄ꝫ
peccaſſent mortaliter·⁊ ꝑmittūt filium vel
filiā mortaliter peccare· ⁊ eos nō corrigūt
ſꝫ tacēdo conſentiūt ·et ſi ſic ſine pęnitētia
morianꝭ· ęternaliter cū ſuis pueris dānāꝭ
Ad Ro.p̊. Digni ſūt morte non ſolū fa/
ciētes ſꝫ ⁊ ꝯſentiētes. Vn̄ ī decre·dī. Pa/
ri pęna puniēdi ſūt faciētes ⁊ ꝯſentientes.
xvij.q.iiij. Omnes Sꝫ diceres·quō corri/
gēdi ſūt filij. Rn̄detur ſi ſunt filij ꝓbi·⁊ ex
fragilitate qn̄q̄ꝫ delinquūt tales pueri cū
benignitate ſunt corrigēdi . Si aūt ſūt ꝑ/
terui ⁊ correctio dulcis non ꝓficit·tūc cor/
rigendi ſunt aſpera virga . Proů .xxiij.
Noli a puero ſubtrahere diſciplinā· ſi eū
ꝑcuſſeris cū virga nō morieꝭ·et animā eiꝰ
de inferno liberabis. Ergo qn̄ audis pue/
rum tuū iurare ꝑ deū mēdaciter aut blaſ/
phemare deū· aut maledicere ꝓximo · aut
vides mala ꝓximo tuo inferre · aut cū ſu/
perbia choriçare·aut feſta aut ieiunia ec/
cleſię frangere·alijs pueris maledicere·de/
trahere·furari·abiurare ·verbis vel factis
moleſtare·aquas balneādo ītrare·⁊ ſic de
ſingulis·tunc tu teneris eū corrigere. Sed
heu ſunt aliqui parentes ꝙ̄ ex inordinato
amore pueros ſuos corrigere nolunt· nec
volūt ꝙ aliquis corrigat ipſos·⁊ ſic ꝑuer/
ſos pueros educāt·⁊ tales parētes pueros
ſuos plus odiūt q̄ꝫ diligāt· Vn̄ Proů.
xiij. Qui parcit virgę odit filiū ſuū. Etiā
ſūt aliꝗ̄ parentes ꝙ̄ pueros ſuos pedibus
calcāt vel trucidāt·⁊ cū manibꝫ ad capita
ꝑcutiūt·⁊ ſic eos infatuāt. Etiaꝫ aliꝗ̄ ſunt
qui pueris ſuis maledicunt. Exemplū de
hoc ī cęſario ·de puero illo quē demones
cum corpore abſtulerūt ꝓpter maledictio/
nem parentum·ꝙ amplius illum puerum
nunq̄ꝫ viderūt· ⁊ hoc ꝑmiſit deꝰ in terrorē
aliorꝝ parentum ne pueris ſuis ſic maledi/
cant·ſꝫ potiꝰ cum aſpera virga corrigant.
Tertiū ꝙ parētes non debent relinq̄re
res iniuſte acq̄ſitas pueris ſuis ·qꝛ meliꝰ ē
modicū iuſto ſup̄ diuitias pctōrꝝ multas.
Sꝫ ꝯtra ħ faciūt aliqui ꝙ̄ tā inordinatuꝫ

amorē habent ad pueros ſuos ꝙ bene cognoſcūt ꝙ poſſidēt iniuſtas res · tñ nolūt eas reſtituere ne filij depauꝑent· ⁊ ſic ſeipſos ⁊ pueros dānant ęternaliter. Etiā ſciendū ꝙ filij ꝯquerūt de talib⁹ parentibus tanq̄ȝ de ſuis occiſorib⁹. Nā q̄t denarios eis ſciēter relinquūt de iniuſtis rebus · q̄ſi tot gladijs pueros ſuos tranſfigūt. Nam heredes q̄ iniuſtas res ſciēter poſſidēt dānant cū parentib⁹. Eccl.xli. De prē impio ꝯquerūt filij qm̄ ꝓpter ipſū ſunt in opprobriū dei. Quantuȝ ad tertiaȝ ptē iſtius ſermonis nota exemplū. Legit ꝙ q̇dā parentes habuerūt vnicā filiā · q̄ exēplo mr̄is deuote deo ⁊ marię v̄gini ſeruiuit · ⁊ ī virginitate firmiter ꝑmanere ꝓpoſuit. Pater aūt iuſſit matrē vt filiā ornaret pulcris veſtib⁹. Mater aūt plus timēs maritū q̄ȝ deū · crines filię ſuę ornauit ⁊ eam veſtiuit pōpoſe. Tūc angel⁹ dn̄i mr̄i apparuit · dicens ei: Quia pl⁹ timuiſti virū q̄ȝ deū ornādo filiā · ⁊ abſtraxiſti eā chriſto ⁊ aptaſti eā mundo · ꝓpterea infra .iiij. hebdomadas morieris ⁊ dānaberis · niſi infra illud tp̄s pęnitueris · ⁊ inſuꝑ oēs pueri tui morient̄ infra illud tp̄s · ⁊ ī pęnā man⁹ tuę q̄b⁹ crines filię tuę adornaſti iā areſcēt · qd̓ totū ſic factū ē · ſed ipſa pęnitētiam egit · ⁊ ſic ipſa ⁊ pueri mortui ſūt · ut dictū eſt ab angelo. Ex q̄ exēplo ptȝ ꝙ parētes poſſunt dānari ꝓpt̄ pueros · etiā poſſūt mereri cuȝ pueris vitā ęternaȝ · q̄ oēs labores quos habēt cū pueris ipſos educādo de⁹ remunerabit. Vn̄ ad Ro.viij. Scim⁹ qm̄ diligentibus deū oīa cooꝑantur in bonū Et ſm̄ Aug. Nullū bonū irremuneratū ⁊ nullū malū impunitū. Itē aliū ſermonē de innocētibus · ſcȝ de parētib⁹ q̄ occidūt pueros ſuos ſp̄ualiter · ſicut herodes occidit innocētes pueros corꝑaliter · q̄re in ꝓceſſu d̓ tp̄e · ſermone .xvi.

De conuerſione ſancti Pauli. Sermo .X.

Saule ſaule quid me ꝑſequeris. Ita ſcribitur Act. ix. Circa hodiernū feſtū tria ſūt dicēda ad laudeȝ ⁊ gloriā ſancti Pauli. Primo q̄re ꝯuerſio ſancti pauli celebrat̄ Scd̓o q̄dā ꝓ informatiōe ſimpliciū. Tertio aliq̄ miracula ꝓ conſolatione noſtra. Quantū ad primū ſciēdū · ꝙ ꝯuſio ſācti pauli celebrat̄ p̄ oīb⁹ alijs ſāctis. Primo ꝓpt̄ exēplū vt null⁹ peccator deſperet q̄ȝtūcūq̄ȝ magn⁹ exiſtat. Nā chriſt⁹ ꝑſecutori grāȝ dedit · ī ſignū ꝙ nulli vult denegare grāȝ ⁊ miſericordiā ſuā. Unde pſ̄.l. Cor ꝯtritū ⁊ humiliatū ⁊c. Null⁹ enī peccator dȝ deſperare · etiā ſi multa peccata ⁊ magna cōmiſit · q̄ ſm̄ beatū Bern̄. Maior eſt dei pietas q̄ȝ q̄uis iniq̇tas. Aliq̇ enī qn̄ d̓ iuſticia audiūt p̄dicare · tunc ſtatim volūt deſperare: Nō ſic impij nō ſic ſꝫ cōfidite · q̄ de⁹ nō vult mortē peccatoris · ſed vt mag̓ ꝯu̇tat̄ ⁊ viuat. Vn̄ Ezech.xviij. In q̄cunq̄ȝ hora ingemuerit peccator ⁊c. Scd̓o ꝓpt̄ gaudiū · q̄ ſicut eccleſia ſuſtinuit triſticiā ī ꝑſecutiōe ei⁹ · ſic etiā ecōuerſo adq̇ſiuit ſibi lęticiā ei⁹ mirabili ꝯuſione q̄ ſicut erat p̄mus perſecutor crudelis eccleſię · ſic poſtmodū fact⁹ ē fūdator ⁊ lumē toti⁹ eccl̄ię · q̄ p̄ ceteris apl̄is pl⁹ laborauit p̄dicādo ī vniu̇ſo mūdo. Vn̄ hodie ī collecta dicim⁹ ī miſſa: De⁹ q̇ vniuerſū mundū beati pauli apl̄i prędicatione docuiſti · da nob q̄ſum⁹ · vt q̇ bodie ei⁹ ꝯu̇ſionē colimus · ꝑ ei⁹ ad te exēpla g̃diamur. Tertio ꝓpt̄ miraculū qd̓ factū ē ī ei⁹ ꝯuerſiōe. Nā ei⁹ ꝯuerſio facta ē ꝑ lucē refulgentem ⁊ eadē lux fuit immenſa ⁊ circūfulſit eū circumquaq̄ȝ · ſicut ptȝ ī epl̄a hodierna quō ꝯu̇ſus eſt miraculoſe. Hic textū epl̄e. Inſuꝑ ſciendū ꝙ ſanct⁹ paulus hȝ .ix. priuilegia. Primū ē ꝙ dn̄s vocauit eum ad dignitatē apoſtolat⁹ · ⁊ mirabili⁹ q̄ȝ alij apl̄i ē vocat⁹. Ceteros enī apl̄os oēs chriſtus vocauit adhuc exiſtēs hͨ ī mūdo. Sꝫ ſanctū paulum vocauit d̓ cęlo. Vn̄ in pſ̄.cj. Dn̄s d̓ cęlo ī terrā ꝓſpexit. Ideo aūt chriſtus paulū d̓ cęlo vocauit · ad innuenduȝ ꝙ cē deberet tot⁹ angelic⁹ · tot⁹ cęlic⁹ · ⁊ totus deiformis. Etiā ceteros apl̄os vocauit ſolo verbo · dicēs: Venite poſt me · faciam vos fieri piſcatores hoīuȝ Matth. iiij. Sꝫ paulū vocauit ꝑ lucē immēſaȝ · q̄